

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De obligatione continentiae sacris ordinibus annexæ. 17

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

ecclastico subiacebit interdicto, & ordinatus, si minoribus ordinibus initiatus fuerit, nullo clericali priuilegio gaudet: si maioribus, ab executione ordinum ipso iure suspenditur ad beneplacitum futuri Pralati. Vicarius vero à Capitulo deputatus, si praedictas litteras intra annum concessis, non actato beneficij recepti, vel recipiendo, suspenditur ipso iure per annum ab officio & beneficio, ut habetur *sef. 23. cap. 10.* & notavit Barbo *dialecta alleg. 7. num. 11. & 12.* Sub hac tamen prohibitione non comprehenduntur litterae testimoniales de vita, & maioribus ordinandi, quas Capitulum, Sede vacante, aliisque Pralatis concedere possunt, sicut notavit Bonac *disp. 8. de Sacram. quæst. un. punct. 4. num. 24.* Barbo *alleg. 7. num. 16.* Quarto, Prælati regulares possunt Regularibus sibi subditi, sed non aliis dimissoriis concedere. In his tamen concedendis staruit Clemens VIII. prout referat Barbo *alleg. 7. num. 18.* sub pena priuationis officij, & dignitatis, & vocis actionis, & palliæ, ne concedantur ad alium Episcopum, præter Episcopum illius Monasterij, in quo Regularis ordinandus refidet, nisi forte ille Episcopus absente, vel ordines non celebraverit, idque in dimissoriis exprimatur. Quod decreto non videatur viu receptionem: si quidem passim Prælati regulares dimissoriis concedunt, ut eorum subditi a quoconque Antistite ordines celebrante iniciari possint, quin villam mentionem faciant, an proprius Episcopus absens fuerit, vel ordines noluerit celebrare. Pater supradictus, consuertudine in nostra Hispania, receptum est, tunc Gabriele Valquez *disp. 243. cap. 5. num. 34.* vt Priori S. Iacobii, & S. Ioanni has litteras dimissoriis Clericis secularibus concedant: quia tamen eas Episcopi non admittunt, id est faciunt intra suos prioratus ab Episcopis titularibus subditos promoueri.

9. Ex parte vero loci requisitum est ad licitam ordinacionem, ut in eum locum ordinans iurisdictionem habeat, vel ex delegatione proprii Prælati. Quare titularis Episcopus ordines conferens in alterius diœcesi, sine licentia Episcopi illius, etiam in loco, quantumvis exemplo, ab exercitu Pontificalem, per annum ipso iure suspenditur a Trident. *sef. 14. de reformat. cap. 2.* Episcopus vero diœcsem habens, in aliena diœcesi irrequisitus proprio episcopo ordines conferat, suspenditur per annum, non quidem ab omni Pontificali, sed solum a collatione ordinum, ex cap. Eo, quido temporib. ordinat. in 6. & Trident. *sef. 23. cap. 8. de reformat.* Vnde minus punitur Episcopus proprius, quam titularis, ut bene adiutetur Valquez *disp. 243. cap. 5. n. 47.* Ceterum verius episcopus proprius, & titularis, si in aliena diœcesi ordines conferat, & alia Pontificalia exercitat absque licentia Ordinarij illius loci, ipso iure a Pontificalem suspenditur, ex Trident. *sef. 6. cap. 5. de reformat.*

10. Solum est dubium an ordines, aliquæ Pontificalia exercete posse in loco exemplo ex licentia Ordinarij illius loci, nulla ab episcopo, intra cuius diœcesum locus ille exemplus est, irrequisita licentia. Supponit Vasquez *disp. 243. cap. 5. num. 53.* id fieri posse, saumentque verba Concilii: non enim episcopi, sed Ordinarij licentiam requiriunt. Ceterum, si locus exemptus sub aliqua diœcesi contineatur, Verius sententia non loquuntur licentiam Ordinarij illius loci, sed etiam Episcopi necessariam esse: quia vere censetur Ordinarius. Secundum est, si locus exemptus ad nullam diœcesim pertinet. Sic decimum referunt Riccius in *praxi fori ecclesiastici*, p. 495. in *notabilibus de matrim. Episcoporum*. Barbo in *miss. Concil. dicta sef. 6. cap. 5. & de potest. Episcop. allegat. 6. n. 13.*

P V N C T V M XVI.

Qualiter ordinatis permittendus sit vius or-
dinationis suscepit.

1. *Debet constare idoneum esse.*

2. *Exteri sacerdotes permittendi non sunt celebrare absque commendatitias litteris.*

3. *Tentor Ordinarius has commendatitias litteras concedere.*

1. **N**eminis permittendus est vius ordinationis, quia prius constet, idoneum esse ad illum exercendum. Communiter autem idonei iudicantur ad exercendum ordines presbyteratu inferioribus, & ob eam causam nulli examini subiiciuntur, sed eo ipso, quo promoti sunt, permitteunt eis vius praedictorum ordinum. At vius presbyteratus regulariter non permititur, quin prius ordinatus examinetur, an Missas faciat, apud celebreatem posse. Quod si confessiones exciperet velit, aliquæ sacramenta ministrare, non est dubium examini esse subiectandum, ex Trident. *sef. 23. cap. 15. de reformat.* quia ex aperiudine ad ordinem fæderalem suscipiendum, non inferatur a primum ordinatum existere, tum ad Missas celebrandas, tum ad Confessiones excipienda, tum ad reliqua sacramenta ministranda.

2. *Præter supradicta exteri sacerdotes permittendi non sunt celebaret in aliena diœcesi, nisi commendatitias litteras à suo ordinario habeant, quibus Ordinarius proprius restetur, tum de sacerdotio, tum de carentia impedimenti ad sacerdotium exercendum, cap. Extraneo. quæst. 71. distinct. & cap. Monachum 20. quæst. 4. & cap. Tua fraternitatis de Clericis peregrinis, & nouissime Trident. *sef. 23. cap. 16. de reformat.* Quod adeò verum est, ut etiam Prælati exemplis sub excommunicatione Episcopus prohibere possit, ne externos, & incognitos sacerdotes ad Missas celebrandas in suis Domibus addmittrant, quin ipse prius litteras commendatitias recognoscatur: quia eo casu, ut delegatus Sedis apostolice procedit, & in defensionem sua iurisdictionis, ne in eius diœcesi aliquis non sacerdos, vel alias impeditus diuinorum celebrationi se ingeat, sicut docuit Riccius in *praxi fori ecclastico. decif. 7. 50. n. 1. edit. & resolut. 6. 55. n. 2. edit.* Barbo alius relatis de potest. Episcop. allegat. 2. num. 8. Si vero exterius sacerdos commendatitias litteras à suo Ordinario non deferit, offert autem probationem, verum sacerdotem esse, & nullo impedimento ligatum ad celebrandum, ergo non tenetur Episcopus illum admittere, potest tamen probatio fidem faciente, ut relato Nauarr. *conf. 1. n. 1. de celebrat. Missar. Riccio in decif. Curia. Archiepiscop. Neapolit. 1. p. decif. 150.* docuit Barbo, *alleg. 21. num. 2.* Ipse autem sacerdos peregrinus, qui nec commendatitias litteras deferit, nec probat, ut idoneum esse, si tamen vere sit, poterit, scandalo cessante, celebrare: quia nulla iure interdictum, teste Nauarr. in *sum. cap. 27. num. 153. & conf. 5. sub tit. celebrat. Missar. & conf. 4. de foro comp. alia conf. un. de Clericis peregrin. Henric. lib. 10. cap. 34. n. 6. In comment. list. 1. Sayro de cassione uni, de celebrat. Missar. Barb. alleg. 21. n. 3.**

3. *Has autem commendatitias litteras obligatus est Episcopus sacerdoti iustam causam habentia recedendi à diœcesi concedere, ut colligitur ex Trident. *sef. 23. cap. 16.* Nam, cum ipse sacerdos obligatur, praedictas litteras deferre, consequenter obligandus est Episcopus, eas illi concedere. Alias in potestate episcopi constitutum est, sacerdotem peregrinari volentem definire. Quod nequaquam facere potest, si beneficio residentiam exigente non fuerit arctus, ut de cœlum referunt Campani. in *diversor. iur. canon. rub. 9. cap. 6. n. 4.* Riccius in *praxi fori ecclastico. decif. 598. in 1. edit. & resolut. 524. n. 2.* Barbo allegat. 21. num. 5. & 6. Sic ut nec è contrario expellere potest a sua diœcesi, abique aliqua iusta causa, sacerdotem dimissoriis non deferentem, si Sacra celebaret non intendat, teste Marco Anton. Genuen. in *praxi Archiepiscop. Neapolit. cap. 40. à n. 2.* quem referit, & sequitur Barbo, *alleg. 21. n. 3.**

P V N C T V M XVI.

De obligatione continentia sacris Ordini-
bus annexæ.

1. *Qualiter iure statutum sit sacris ordinibus continentia.*
2. *Hec continentia, est antiquitas ab ordinatu expressè promittetur, iam tacitè tantum promittitur.*
3. *Hec continentia iure ecclastico, non divina inducta est.*
4. *Apro ex solo voto, an etiam immediatè ex lege, variante Doctoris.*
5. *Verius exhibito ex utroque capite immediatè obligari.*
6. *Religiosus Sacerdos duplex peccatum sacrilegi forniciando committit.*
7. *Inualide promotus non tenetur ad castitatem seruandam.*
8. *Neque infans promotus ante usum rationis.*
9. *Aliqui extendunt ad impuberem rationis usu pollentiem.*
10. *Verius censor oppositum.*
11. *Cerium, si nacha pubertate ordinem exercuerit.*
12. *Quid, si ignarus obligationis seruandi castitatem ordines suscepit? Sub distinctione responderetur.*
13. *Quid si metu carente in constantem virum ordines suscepissent.*
14. *Sacerdos Ordinibus initiati, si tentauerint matrimonium contrahere, officio, & beneficio priuantur.*
15. *In minoribus, si inualide contrahant, priuantur beneficis, & pensionibus.*
16. *Qua pena paniantur ob fornicationem.*

1. **I**ntr Catholicos dubium esse non potest, sacris ordinibus, scilicet, presbyteratu, diaconatu, & subdiaconatu concinctorum annexam esse: quippe ob hanc causam hi ordines appellantur sacerdi: quia sacram votum continentia annexum habent: quo ordinati Deo sacrantur, & dicantur, ut dixit Flamin. lib. 5. de resignat. q. 6. Valent. tom. 4. disp. 9. q. 1. part. 4. ver. Innocentius Bonac. *de Sacram. disp. 8. q. un. p. 2. n. 2.* ad finem. Hac tamen differentia: nam presbyteratu, & diaconatu à tempore Apollotorum hæc continentia annexa

erat ut colligatur ex can. 25. alias 27. Apostolor. ex can. 10. Concilij Anycrani. & i. Neocesariensi. & ex pluribus, que congerit Bellarm. lib. i. de Clericis. c. 19. Gabr. Vafq. disp. 2. 48. Valé. disp. 9. q. 5. p. 5. §. 2. Subdiaconatu autem incertum est, quando continentia annexa fuit: antiquitus enim annexa non erat; ideoque hic ordo inter sacros non computabatur, ut constat ex cap. A multis de etate, & qualitate ordinandorum. Iam vero certum est, continentiam huic ordinis annexam esse, sicuti est annexa diaconatu, & presbyteratu, ut habetur cap. Nullus cap. Prateret. cap. Quando 28. disp. & supponitur cap. Cum olim de Clericis conjugatis. & cap. vnic. de voto, & voti redempzione, in 6. Decet enim maximè eos, qui in supremo Ecclesiae statu sunt constituti, ab omni venete se continere. Quare, si ante matrimonium contractum sacris initiantur, inhabiles redundunt ad matrimonium, cap. Unde voto, in 6. & cap. 1. & 2. Qui Clerici, vel vocationis, & Trident. sess. 24. can. 9. Si vero post matrimonium, a coniuge separantur. Non enim vesus matrimonialis simul cum ordine permittitur in Ecclesia Latina, tamen si Graecis permisus fuerit. cap. Quasitum, 7. de patienti. & remissi.

2. Antiquitus haec continentia expressa à suscipientibus sacram ordinem promittebatur, ut colligatur ex dicto cap. nullum, cap. Prateret, cap. Quando. Iam vero eo ipso, quo quis sacram ordinem suscepit, vorum illud emittere consetur, & cap. Quando. In his cap. Prateret. & 2. disp. & notauit Vafq. disp. 147. c. 7. n. 97. Graffis de effectibus Clericis in praludio, n. 4. Bartola alleg. 15. n. 2.

3. Et licet aliqui Doctores crediderint, continentiam iure diuini ordinibus sacris annexi, legi verius est, solo iure ecclesiastica annexam esse, ut colligatur ex Trid. sess. 14. can. 9. definitio: si quis dixerit, Clericos in sacris consituimus, vel Regulares castitatem soleniter professos posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstat lege ecclesiastica, vel voto, anathema sit. Inhabitabilitatem ergo ad matrimonium legi Ecclesiasticae, vel toto tribuit. Concilium: non autem legi diuina quasi supponens a lege diuina non prouertit. Alijs si ius diuinum ordinibus sacris continentiam annexeret, nunquam sacro ordine initiatis post matrimonium permittendum esset matrimonij vesus, sicuti orientibus permisus est in cap. Quasitum, 7. de poniti. & remissi. quia vesus matrimonij potius, quam matrimonium, sacris initiatos dederit. Neque his obstat, quod Ecclesia neminem cogere possit ad castitatem seruandam, ut potest rem consilij, non precepit. i. ad Corinth. 7. quia id intelligendum est de absolute obligatione: sicut de obligatione ex suppositione alicuius status assumpti, quem Ecclesia liberè concedit: potest enim nolle concedere, nisi sub obligatione quod illum assumentes castitatem vocationis, sicuti de facto hanc voluntate habent in ordinibus conferendis: confert enim, ordinis sub obligatione emitendi voti castitatis.

4. Sed, si haec obligatio seruandi castitatem, non solum à voto in ordinibus emissio, sed etiam à legi ecclesiastica immediate proueniat; non co-sentirent Doctores, ut videre est apud Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 27. n. 9. & 10. Alij Affirmant, solo voto se astrictum ad castitatem seruandam, legi aurem ecclesiastica mediata, quatenus obligaris ad praedictum volunt emitendum: quippe omnia iura qua referuntur disp. 18. & de Clericis conjugatis & de voto, & voti redempzione, lib. 6. solius voti mentionem faciunt; non autem alicuius obligationis ex lege. Alij concedunt, ultra obligationem voti, obligationem legis ecclesiasticae immediate prohibentis venerationem actum sacro ordine initiatis, & inhabitantibus ad matrimonium. Nam, cum vorum necessariò ad sui essentiam liberum vocationis consensum requiratur, si quis ignorans inveniatur voti obligationem in ordinem susceptione ordinis suscipere, voti obligationem non teneretur. Eademque obligatione solitus est, si malitiosè noller, se voto astringere. At negari non potest, predictos obligatos esse specialiter ad castitatem, matrimonioque contrahendo inhabiles existere. Ergo non tantum ex votos, sed ex lege nascitur obligatio. Alij vero, ex quibus est Layman, lib. 5. fuit. tract. 9. c. 11. num. 2. in fine, admittunt obligationem legis cessante voti obligatione ob inconveniens nuper illatum: sicuti voti obligatione polita: quia non sunt obligationes multiplicandæ absque urgenti fundamento.

5. Ceterum verius existimo cum Egid. de Coninch. disp. 10. de Ordine, dub. 13. num. 130. initiatos sacris non solum ex voto, sed ex speciali lege ad seruandam castitatem astringi. Nam, si votum non emitentes, vel ex ignorantia, vel ex malitia lege ecclesiastica astringuntur ad castitatem seruandam, necessariò fatendum est, omnes sacris initiatos obligatos esse: quippe nulla lex ecclesiastica ostendit potest specialiter lata pro iis, qui ex ignorantia, vel malitia voto non astringuntur. Quid autem omnes ultra obligationem voti legi ecclesiasticae tenentur ad continentiam, probari potest, tum ex cap. Presbyteris. & cap. Diaconis, 27. distin. cap. Propositisi. cum seqq. 82. disp. cap. 1. & per votum 15. q. 8. cap. A multis de etate, & qualitate, cap. Vt Clericorum, de vita, & honestate

Clericor. Tum ex consuetudine recepta, qua omnes factis iniciari, si coniugati sunt, ab uxoribus separantur, ut habeatur pluribus Canonibus, 28. distin. Neque eis suffragari potest, quod votum castitatis non emiserint. Tum ex eo, quod Ecclesia predictos initiatos matrimonio contrahendo inhabiles reddiderit, non quidem in reuerentiam voti castitatis emisi, alia omnes emitentes votum castitatis inhabiles essent: sed in reuerentiam status clericalis assumpti, quem potrebbe ab operibus carnis esse omnino secludunt. At, quoties Ecclesia aliquos inhabiles reddit matrimonio inter fe contrahendo, eo ipso illis prohibet generem actum, vice potest, ut maior est indecentia, quam in matrimonij vlo, ob quem matrimonium interdictur, & irritatur. Et conuici potest ex copula cum affine, vel spirituali cognata, que id est incestuosa, quia matrimonium inter ipsos celebrari non potest, ut bene probat Sanch. lib. 7. de matr. disp. 5. 7. Cum ergo sacris initiatos matrimonio contrahendo inhabiles sint, efficitur, quilibet actum venerum illis esse specialem prohibitorum.

6. Ex his insertis sequentur Coninch. dub. 13. num. 131. Religiosum fornicanum non solum aduersus temporentiam peccare, aduersus votum castitatis, sed etiam aduersus legem ecclesiasticam illi, prohibentem actum, venerem. Nam, cum Religiosi non solum ex voto, sed ex ecclesiastica lege matrimonium, illiusque vesus interdictus si, consequenter omnis actus venerus illi censetur interdictus. Displacit tamen mihi, quod Coninch. subiungit; nempe, Religiosum sacris initiatum fornicanum obligatum esse viramque circumstantiam, & processionis, & ordinis in confessione manifestare: nam, esto viraque qualitas, Religiosi, & ordinis, matrimonio contrahendo impedimentum praefter, & actum venerum prohibeat: quia tamen hoc impedimentum, & haec prohibicio, eundem religiosum finem spectant, diuersa peccata non sunt confenda constitutae, sicut cum die Dominicano festum alicuius Sancti ex praecipo obseruantur incidit, & in Quadragesima aliqua vigilia. Coniugato autem, etiam ante confirmationem matrimonij, prohibitum esse absque licentia coniugis ordinis fulcitur, constat ex Extraug. Aniquite de voto. Qualiter autem ex licentia coniugis illi permisum, tr. de matr. disp. de impi. ordin. dicendum est.

7. Superunt quatuor questiones decidenda, quas optimè, verfat Sanch. lib. 7. de matr. disp. 27. & seqq. Prima est, an inuidelè promotus: vel, quia ordinationi non consenserunt, quia promouens se Episcopum fixit, reueatur ad castitatem seruandam? Videtur teneri ex cap. Quidam & cap. Placi. de conuic. coniugator. vbi coniugati profestos inuidelè, castitatem seruare tenentur, quatenus cum statu coniugij compatit potest. Ergo idem dicendum est de inuidelè ordinato. Sed contrarium omnino tenendum est cum Glossa in cap. vno. de voto, in 6. verbo, Approbat, & ibi Ioann. Andradus nomine Archidiach. n. 3. Dominic. n. 14. Sanch. alios refert. disp. 27. n. 14. Gutieri de matr. q. 94. n. 13. Coninch. disp. 20. dub. 14. n. 13. Quia castitas in ordinem facri susceptione non potest, promittitur; sed, ut ordinis sacro accessoria. Ergo ordine non suscepit, nec castitas promissa censetur: corrue enim principali, & accessoriis corruit. Secutus est de conjugatis Religionem inuidelè profestibus: nam, cum id castitatem expresse promittant, censentur ad illam, propter possunt, se voluisse obligare.

8. Secunda, an infans promotus obligetur ad castitatem seruandam? Affirmant Paludan. in. 4. disp. 37. q. 1. art. 1. D. Anton. 3. p. 11. l. cap. 8. concl. 2. Faust Richard. in 4. disp. 25. art. 4. q. 2. ad 2. propterea quod castitatis ordinis sacro accessoria sit: ergo infans ordinem facri recipiens, & castitatem seruare obligandus est. Opposita tamen sententia communis, & vera est, quam pluribus relatis Sanch. lib. 7. disp. 30. n. 3. Vafq. disp. 24. n. 2. Barb. alleg. 15. n. 4. Gutieri de matr. c. 94. circa finem. Coninc. disp. 20. dub. 14. Ratio est: quia nec ex voto, nec ex lege predictus infans astringitur. Non ex votis: hoc enim liberò consensu vocationis requiritur, qui non est in infante carente sua ratione. Non ex lege: quia, cum lege diuina nullus ad castitatem obligetur, Ecclesia, que iuri diuini imitarior est, nemini eam obligationem imponit.

9. Prædictam doctrinam plures Doctores, quos refert, & sequuntur Sanch. dista disp. 30. n. 8. Barbol. de potest. Episc. alleg. 15. n. 4. extendunt ad infantes impuberem tametsi rationis vsum habent, quem existimant nulla obligatione castitatis seruandae ex ordinatione in ea ætate assumpta astringi, argumento assumptionis ex cap. Ad nostram de Regularib. vbi votum professionis Religionis ante pubertatem irritatur. Quinimodo, cum in Trident. sess. 25. c. 15. de Regular. professio facta ante 16. annuletur, idem videtur dicendum de voto ordinis sacro annexo.

10. Ceterum longè verius existimo, si tibi impuberitate rationis vsum habentis ordines voluntariè concederentur, obligatum esse voto, & lege ad castitatem, sicuti si in pubertate ordines receperiles ut docent Sotus lib. 7. de iustit. q. 2. art. 5. Calv.

Calet. 2. q. 58. art. 9. Sayro in clavi regia. l. 6. c. 5. n. 6. Coninc. disp. 20. dub. 14. n. 136. Bonac. de matr. q. 3. pun. 9. n. 16. Etenim spectato iure naturæ sufficiemt discretionem obtinere potes ante pubertatem, vt voto quolibet obligeris, & proinde obligeris voto feruandi castitatem. Iure autem posticuo nullius invenitur hoc votum irritum. Nam ex eo, quod irrita si Religionis professo, non infertur, hoc votum, quod diuersum est, irritum esse, præcipue cura ratio irritandi professionem in hac irritatione non procedat. Professio namque irritaria, quia Religionis status est longè difficultior, & in tenera aetate plerumque assumptibilis, & nihil illius remata facta irritatione, que tamen in ordine assumptio non procedunt quippe est status minus difficulter, & raro, vel nunquam ante pubertatem assumptum, neque ita irritari posset, quin orto assumptus perseueret.

ii. Tertia difficultas est, si natus ante ordinem suscepimus exerceretur, aur alia via approbareris, ut obligantur eis ad castitatem feruandam, resuere non potes, vt notarunt Sanch. Coninch. & alij locis alleg.

iii. Tertiæ difficultas est, si natus huius voti, & obligacionis ordines suscepimus. Quia in re placet mihi sententia Coninch. disp. 20. dub. 14. diff. 3. n. 145. sic distinguens: Si probabilibus rationibus ductus existimasti nullam obligationem castitatis feruandæ ordinis facio annexi, nulla est tributum obligatio: quia non est obligatio ex voto, vt de se constat, neque etiam ex lege, que neminem inuitum intendit astringere, vt colligatur ex Gregor. l. 1. epist. 42. circa med. Si vero ex culpabili negligencia predictæ obligationis ignoratus existi: quod ex quadam fiscocorda & ingenio stupiditate obligationem predictam non inuestigasti, obligandus es, si non ex voto, ex lege tamen. Neque haec ferunt in iurium, cum voluntarii statutum assumptum, cui ea obligatio annexatur absque vlo delegatu, & obligationem examinatione, quam premittere debebas: omissione enim predictæ inuestigationis tacite onera statutum suscepisti. Sed, vt dñe adiutor Coninch. hic casus vix in Ecclesia Latina locum habere potest, cum omnes ante collationem ordinum factorum moucantur ab Episcopo de obligatione castitatis feruanda.

iv. Quarta, & præcipua difficultas est, si metu cadente in constantem virum ordines suscepimus. Pro cuius decisio suppono ex tract. de votis. disp. 1. p. 5. præcipue n. 6. & seqq. nullum votum meu factum iure naturæ irritum esse: iure vero posticuo sola ea vota, quæ statutum religiosum constitutum tametsi irritanda veniant. Quo potio, si cum ordines suscepisti, expressæ non contradicentes obligationi feruandæ castitatis, tenebris cam feruare, tum ex voto, tum ex lege. Sed, probata coactione credo difficilem Ecclesiam tibi praedictam obligationem remisuram. Hæc nostra sententia de valore voti, & obligatione feruandæ castitatem ab ordinem conditum assumptum, approbatur exprefse à leg. regia 32. tit. 6. pars. lib. 1. Onde porque algunos daduron si auquel, que es ordenado promedio, podria recibir por la Orden señal dentro del almacén eft, charaterem, & non? De partíolo el dercho de sanc*t*a Iglesia de su maniera, que si à dalguna facen premia, que reci-*tan*ten amenagan dolo, que le tomaran el beneficio, si non se ordina maguer aquell confiinta por tal miedo como este pries re-*dia* la Orden de fuerza, y a finca el alma dentro señalada por ella, de manera que es tenido de vivir sin casamiento, si à la finca que lo orden arrozo, no era casado, porque la Orden sagrada hasta vivir, no maguer no prometer de guardar castidad, el que la recibe, tenido es de mantenerla, & norauit ibi Montalu, & Greg Lopez, & Gutierrez de matrim. c. 94. n. 16.

v. Clerici sacris ordinibus initiali, si de facto tentauerint contrahere matrimonium, officio, & beneficio priuans ex cap. Decinminus. cap. De his. 28. diff. An autem ipso iure, an per sententiam? Verius existimo tententiam necessarium esse: quia nullus est texus manifeste indicans priuacionem ipso iure, vt pluribus allegatis firmat Thom. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 4. n. 3. & seqq. Præterea ipso iure excommunicatur Clem. vn. de confanguinit. & affinit. & hæresis redondui supplex, vt bene notauit Bernard. Dias pæt. c. 80. vi. Clerici verò in minoribus constituti, si matrimonium validè contrahant, ipso iure beneficio ecclesiasticis priuant, neque ea iam renunciare in fauorem testis possunt quippe assumptione status incompatibili, consentent predictis remuneratione, vt colligatur ex cap. 1. de Cleric. coniugat. & tradit Bernard. Diaz pæt. cap. 80. n. 5. & ibi Salcedo, Gutierrez. pæt. 99. q. 10. Nauarri. cap. 15. n. 129. Quod etiam procedit ex pensionibus ecclesiasticis ex Curia Romana stylo, teste Iol. Claro lib. 5. recep. §. fin. & pract. crim. q. 73. n. 3. Couart. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 3. n. 6. Thom. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 44. n. 5.

vi. Ob fornicationem vero cum Moniali, cum confanguinea, vel affine, vel soluta varia pena arbitrio Iudicis statuunt, vt referit Bernard. Diaz in pract. à cap. 78. & 81. & seqq. Et licet ob concubinam notoriæ domi, vel extra, remittant, plures Doctores existimauerint, suspensionem in-

curi, ex textu in cap. Prester. 32. diff. cap. Si qui sunt 81. diff. & c. vi. de cobabit. Cleric. & mulier. de quo videri potest Nauarri. cap. 27. num. 154. Menoch. de arbitr. casu 418. At eo iure abolito, recte Suar. de confur. disp. 11. sed. 4. Henr. 1. 9. cap. 25. n. 12. Aul. 1. p. diff. 1. dub. 1. Laym 1. 5. Sun. tract. 9. c. 11. in fine. Concil. Trident. sess. 25. c. 14. statuit, ne Clerici, quicunque sint concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra, detinere, aut cum iis villam confuetudinem habere audeant; alioquin penas à sacris Canonibus, vel statutis Ecclesiast. impuniti puniantur. Modum autem punitionis scilicet Concilium praescribit: Quod si à superioribus moniti ab iis non se abstinerent, certa parte fructuum obventionum, ac prouenientiis beneficiorum suorum quoru[m]cunque, & pensionum sint priuati, que fabrica Ecclesia, aut alteri p[ro]p[ri]o loco arbitrio Episcopi applicetur. Sin vero in delicto codem cum eadem, vel alia feminæ perseverantes secundum monitionem adhuc non perseverant, non tantum fructus omnes, ac prouenientiis suorum beneficiorum, & pensiones ex ipso amitterebit, qui predicitus locis applicentur, sed etiam à beneficiorum ipsorum administratione, quoad ordinarius, etiam uti Sedis apostolicae delegatus arbitrio suspenduntur. Si ita suspensi nibilominus eas non expellant, aut cum eis etiam verberint, tunc beneficia, pensionibus, ac officiis, & pensionibus quibuscumque ecclesiastici perpetuo pruentur, atque inhabiles, & indigne quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in posterum redantur, donec post manifestam vite emendationem ab eorum Superioribus, cum iis ex causa visum fuerit dispensandum. Sed se posse quam eas semel dimiserint, intermissionem conformat repetere, alios huiusmodi scandalosus mulieres sibi adiungere ausi fuerint, præter predictas penas excommunicationis gladio plestantur. Nec quenam appellatio, aut exemplio predictam executionem impediat, aut suspendat, supradictorumque omnium cognitio non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertinet, qui sine scriptu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta procedere possunt. Clerici vero beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes, iuxta delicti, & contumacia perseverantiam, & qualitatem ab ipso Episcopo carceris pena, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alius modis, iuxta sacros Canones, penitentias Episcopi quoque, quod absi si ab huiusmodi criminis non abstinerint, & à Synodo provinciali admoniti se non emendaverint, ipso facto sunt suscepisti: & si perseverent, etiam ad Sanctiss. Rom. Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpa, etiam per priuationem, si opus erit, in eos animaduertat. Circa quod decretum adiuverit, monitionem specialiter faciendam esse, nec sufficere generalem peceditum, vt decimum refert Barbol. in remiss. Concl. ad predictum text. Quare ante predictam monitionem solùm aliqua pena carceris, & vt alis placet, pecuniaria leui puniri poterit arbitrio Episcopi, spectata persona, & delicti qualitate. De quo videri potest Alphonsus Riccius. Curia Archiepiscop. Neapolit. decif. 99. Sub nomine fructuum, obventionum, &c. distributiones quotidiane non comprehenduntur, sicut decimus refert Barb. in predicto loco Concl. tametsi contra sententia Sayro decif. 7. de verbis significat.

P V N C T V M X V I I I .

De aliis obligationibus Clericorum, & eorum exemptione.

1. Tonsuram habitumque clericalem deferre tenentur.
2. Rationes, ob quas Ecclesia tonsuras prescriperit.
3. Quando censeatur Clericus mortale committere, non deferves tonsuram habitumque Clericalem.
4. De exceptione remissione responderur.
5. De sacra benedictionibus, & exorcismis alibi actum eß.

1. Prima Clericorum obligatio est, deferre tonsuram, habitudinemque clericalem ordinis congruentem. De tonsura haberit exprefse cap. Probabilit. 23. diff. & cap. Clericus 5. de vita & honest. Clericor. cap. vnico. de Cleric. coniugat. in 6. & cap. Si ludes de sententia excommunicat. in 6. & in Trid. sess. 4. c. 6. de reform. Quæ autem sint vestes ordinis congruentes, nullo texu praesertim. Nam esto in cap. penult. de vita, & honest. Clericor. Clement. 2. eodem tit. prohibeantur Clericis aliquæ vestes, vt minùs decentes, ut nullæ, ut decentes, præscribuntur, sed communis regionis usui relinquuntur, ut ille decentes iudicentur, quibus communiter Clerici vntuntur, & ea quatum affectu Clerici esse iudicantur, ut tradit. Glos. in suprad. cap. verbo. Deaurat. & Clement. 1. verbo. Secularis, de electione. & cap. Si quis virorum verbo. Veste, & odiſt. Conarr. pract. quæst. c. 31. n. 7. Latinac. pract. crim. 1. p. 8. n. 69. Sanch. l. 7. de matr. disp. 46. n. 6.
2. Varias rationes Doctores adducunt, ob quas Ecclesia Clericis tonsuram praescriperit, quas congerit Valq. diff.